



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXXXVIII. ad annum MCCCCXL.

Parisiis, 1644

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15490

Nulli ergo, &c. nostræ receptionis, approbationis, susceptionis, insignitionis & iussionis infringere, &c. Si quis, &c.

Datum Romæ apud sanctum Petrum anno, &c. 1445. VII. Nonas Augusti, pontificatus nostri anno 15.

Num. XXI.

Hæc omnia Basileenses in peiorem partem sumentes, *inquit Augustinus Patricius in præfato compendio sessionis 42.* prædicabant, Eugenium Concilium Romam transtulisse, ne compelleretur ad aliud Concilium in Germania pro voluntate principum celebrandum, quoniam nullo pacto vellet Concilium extra Italiam: tum etiam, ut ostenderet se summum imperium habere supra Concilium, quod de loco ad locum pro suo arbitrio transferret, ut fecerat ex Basilea Ferrariam, ex Ferraria Florentiam, & inde demum Romam: quæ omnia tenderent ad enervationem auctoritatis ecclesiæ & Conciliorum. *Hæc Patricius de Basileensibus.*

At vero Eugenius summus pontifex uniuersali Concilio præsidens, nationes & regna ad apostolicæ sedis obedientiam reduxit; atque ad ipsum in vertice montium, & episcopum episcoporum constitutum, iuxta prophetæ vaticinium, stuebant omnes gentes; tabescentibus interim Basileensis Conciliabuli sub prætextu reformationis schismaticis, ut iuxta eiusdem prophetæ oraculum viderent & confunderentur zelantes populi.

AD LECTOREM.

QUIA sæpe in notis ad Concilium Florentinum plura adduximus testimonia ex opusculis Bessarionis, & præsertim ex epistola ad Alexium Lascarum de successu eiusdem Florentini Concilii, & processione Spiritus sancti, & ex oratione de unione ad suos Græcos Florentiæ habita, eaque hic in fine operis edere promisimus, bona fide exhibemus, cum Vaticanis manuscriptis codicibus collationata & emendata: in quibus habetur, fuisse non solum a Bessarione Græce conscripta, sed & ab eodem latinitate donata, imo & aucta. Vale.

BESSA-